



# Disputatio juridica vigesima septima de damno injuria dato

<https://hdl.handle.net/1874/340906>

DISPUTATIO JURIDICA  
 VIGESIMA SEPTIMA,  
 DE  
 DAMNO INJURIA DATO,

Q V A M  
 D. O. M. I.

P R A E S I D E

*Viro Clarissimo,*

D. ANTONIO MATTHÆO, Juris An-  
 tecessore Primario, in illustri Academia Ultrajectina,

*Publicè defendet,*

MATTHÆUS SMALLEGANGE, Goesa-Zeland.

*Ad diem 9 Maji horâ locoque solitis.*



ULTRAJECTI,  
 Ex officina JOANNIS à WAESBERGE,  
 M D C X L I X.

*Nobilitate, Consilio, ac rebus gestis*  
*Magnifico Domino,*

D. JOANNI de KNUYT,

Equiti, Domino veteris & novi  
Vosmerii, &c. in conventu illu-  
str. Zelandiæ Ordinum primo,  
& repræsentanti Nobiles illius  
Comitatus, ejusdemque nomi-  
ne ad illustriss. ac præpot. D. Or-  
dines generales confederati Bel-  
gii delegato perpetuo, Celsissi-  
mo Principi Araus. à consiliis, &  
illustriss. ac præpot. D. Ordinũ  
generalium ad Reges socios & cõ-  
cilia belli ac pacis sæpius legato,  
optime de republ. merito,

*Humillimè offert*

*M. SMALLEGANGE.*

## DISPUTATIO IURIDICA

## VIGESIMA SEPTIMA,

D E

## Damno Injuria Dato.

## T H E S I S I.



Annus injuria datum nihil videtur aliud esse, quam delictum, quo dolo vel culpa adversarii patrimonium nostrum diminuitur. *l. 3. D. de dam. infect. l. 1. l. 5. §. 1. & passim D. de leg. Aquil.* Species pene innumerae sunt, quarum aliae primo, aliae tertio legis Aquiliae capite vindicantur.

## I I

Primo capite qui alienum hominem, alienamve quadrupedem, quae pecudum numero sit, injuria occiderit, quanti id eo anno plurimi fuit, tantum ex domino dare damnatur. *l. 2. pr. D. ad leg. Aquil.* Hominem alienum cum dicimus, servum intelligimus, non liberum. Nec tamen invito legislatore si filius familias casus sit, patri actionem dabimus *d. l. 5. §. ult. l. 7. pr. & §. si quis in colluctatione D. eod. l. ut tantum 14. §. 1. D. de serv. corr.*

## I I I

Quin etiam patrefamilias occiso utilis actio uxori & liberis dande videtur, in id quod interest ratione mercedum medicis praestitarum, alimentorum quibus carent cariturique sunt. *arg. d. l. & l. liber homo 13. D. ad leg. Aquil. l. 1. §. hac autem verba 6. l. ult. D. de dej. & effus. l. 3. D. Si quadr. paup. fecif. dicet. Covar. 2. var. resol. 10. n. 6. Gomez. 3. resol. 3. n. 37. Clar. 5. sent. §. homicidium n. 23. Costal. in d. l. 3. D. Si quadr. Farin. quaest. 119. part. 4. per tot. Nec movet nos l. huic scripturae 15. in fin. &*

D 2

l. seq.

*l. seq. D. ad leg. Aquil. l. 5. §. hac autem actio D. de his qui dejec. vel effud.*

I V

Homo à Primo mortifere vulneratus est, à Secundo occisus: utrum uterque de occiso tenetur, an solus Secundus? Secundus auctore Celso & Marcello, *lirem Mela 11. §. Celsus D. ad leg. Aquil.* Imo uterque auctore Iuliano *l. ita vulneratus § 1. D. eod.* Agnoscit dissidium Cujacius *27. obs. 13:* Rectius alii sanando vulnere intenderunt. *Vide post. Glos. in d. l. 51. Costal. ibid. Zas. in singul. intell. ad d. §. Celsus. Clar. §. homicidium n. 46. Covar. in clem. si furiosus part. 2. §. 2.*

V

Si in rixa homo occisus sit, ictus uniuscujusque contemplandi sunt, ut appareat quis occiderit: Si non appareat, omnes quasi occiderint, tenentur, *l. ult. D. ad leg. Cornel. de sicar. d. l. item Mela §. sed si plures, D. ad leg. Aquil.* Nec adverstatur *l. 5. vers. Satius enim D. de pæn. Gomes. d. cap. 3. n. 36. Clar. d. §. homicidium n. 37. Gail 2. obs. 169. Coler. decis. 151. n. 8. & 15. Sand. lib. 5. tit. 9. decis. 5.*

V I

Si homo dolo malo occisus sit, cõccurrit cum actione legis Aquilix accusatio legis Corneliae de sicariis, neque alteri per alteram fit præjudicium *l. inde Neratius 23. §. si dolo D. ad leg. Aquil. l. Prætor 7. §. at qui solemus & §. seq. D. de injur. l. un. C. Quand. civ. act. crim. præjud.* Nec contradicit Paulus *in l. 5. D. de publ. jud. Glosogr. in d. l. 23. Cujac. 20. obs. 25. Baro ad §. liberum est Inst. h. tit.*

V I I

Verbum, *plurimi*, non solum æstimationem peremti corporis denotat, sed eo amplius, quicquid peremto corpore damni nobis illatum fuerit. Itaque si servus ab alio heres institutus peremptus fuerit, ante quam jussu nostro hereditatem adiret, etiam hereditatis æstimatio fiet *§. his autem verbis Inst. de leg. Aquil. l. aut lex 21. & seqq. D. eod.* Nec ad-

adversatur l. pretia 63. D. ad leg. Falcid.

V I I I

In ineunda estimatione affectio communis, non singularis spectanda est. l. si servum 33. D. ad leg. Aquil. d. l. pretia 63. D. ad leg. Falcid. Nec reclamant Icti in l. si in emtionem 35. D. de minor. l. in fundo 38. D. de rei vind. l. cum servus 54. D. mandat. l. servus 7. D. de serv. export. l. libertus 36. D. de bon. libert. Donel. 26. com. 15. Schneid. ad pr. Inst. de leg. Aquil. n. 11. Sed nec illud adversatur, quod interpretes tradunt, in delictis haberi etiam rationem ejus, quod extra rem interest. Costal. ad l. 3. D. in lit. jun.

I X

Capite tertio legis Aquilæ cavetur de omni cætero dano, si quid cæsum, ruptum, scissum, collisum, effusum, aut quoquo modo corruptum sit. Æstimatur, quanti ea res diebus triginta retrorsum computatis plurimi fuerit. l. si servus 27. §. tertio & seqq. D. h. tit. §. capite tertio Inst. eod. Species infinitæ sunt: sed nos eas persequamur, quæ aliquid difficultatis habent.

X

Navis tua fune rupto, vel cum à nullo regeretur, incurrit in scapham meam, an teneris mihi de damno? Negat Ulpianus in l. quemadmodum 29. §. si navis tua junct. §. si navis alteram D. h. tit. Hic Faber §. conject. 17. contendit lectionem mendosam, demtaque negatione legit in d. §. si navis tua: Cum domino agendum esse: Rectene? Nequaquam: nam & librorum autoritas reclamatur, & nulla necessitas emendationem nobis exprimit. Vide Cujac. 25. obs. 10.

X I

Si arcendi incendii causa ædes vicini interciderim, an teneor ei lege Aquilia? Non teneor, si pervenerit jam incendium ad me, sive nec dum pervenerit. l. si quis fumo 49. §. 1. D. ad leg. Aquil. l. 3. §. pen. D. de incend. ruin. naufr. Nec adversatur l. si alius 7. §. est & alia D. Quod vi aut clam. Gloss. in d. l. 49. verb. extinctus, Pac. cent. 8. arin. 47. Masc. vol. 2.

de prob. concl. 893. n. 6. Farin. rer. crim. quæst. 110. n. 144.

X I I

Diffipatis incendiū metu edibus alicujus, an vicinia facta contributione sarcire ei hoc damnum tenetur? Affirmant communiter Dd. arg. l. 1. §. 2. D. de leg. Rhod. Bald. in ead. l. 2. n. 1. Mornac. in d. l. 49. D. h. tit. Gail lib. 2. obs. 22. Farin. d. quæst. 110. n. 151. & seq. Sed videndum ne verior sit contraria Bartoli sententia, ad d. l. 7. §. est. & alia D. Quod vi aut clam. Sane argumento legis Rhodix communis sententia defendi nequit. Conf. Tuld. ad tit. C. de leg. Aquil. n. 3.

X I I I

Chirographum meum corrupisti, quo continebatur obligatio pecuniæ sub conditione debita: an lege Aquilia condemnari potes antequam conditio extiterit? Potes: l. in lege 40. D. h. tit. Nec adversatur, quod judicium accipi ante quam debeatur non possit: l. non quemadmodum 35. D. de jud. Vide Gloss. in d. l. 40. verb. debeam vincere. Costal. ibid. & in d. l. 35. Pac. cent. 3. antim. 26. Gail. 2. obs. 74. Gomes. ad l. 40. Taur. n. 79.

X I V

Tabulas testamenti apud se depositas quis corrumpit: & depositi tenetur, & ad exhibendum, & lege Aquilia l. qui tabulas 42. D. h. tit. Atqui de dolo actione conveniri potest. l. si quis tabulas. 35. D. de dol. mal. quæ cum alia actione concurrere nequit. l. 1. & l. eleganter 7. D. eod. Hæc non sunt contraria Gloss. in d. l. Cujac. in com. ad d. l. 35. Pac. cent. 2. antim. 87.

X V

Tabernarius in semita, noctu, supra lapidem lucernam posuerat: eam præteriens sustulit. Tabernarius fugientem infecutus, dum lucernam eripere vult, facta rixa oculum ei eruit, damni injuriæ nomine tenetur l. si ex plagis 52. §. 1. D. h. tit. Non malè ex hoc responso colligimus, solam rerum defensionem, ad excusationem cædis vel vulneris non sufficere. Confer l. 3. D. de just. & jur. l. 4. §. 1. l. 5. pr. l. scientiam 45. §. pen. D. h. tit. l. furem 9. D. ad leg. Comel. de sicar. Dec. in d. l. 3. n. 31. Garz. ibid. n. 24. & seqq. Zoan. de tripart. defens. part. 1. n. 42.

¶ 49. *Costal. ad d.l. 45. D. h. tit. Dis. Ias. in d.l. 3. n. 23. Clar. 5. sent. §. homicidium n. 25. & 47. Farin. quast. 125. n. 168. & seqq.*

X V I

Medicus imperitè secans aut perperam medicamentum dans; lege Aquilia tenetur; §. *imperitia Inst. h. tit. l. 7. §. ult. l. 8. pr. D. eod.* Index malè judicans actione in tactum tenetur ex quasi delicto l. 5. §. *si iudex D. de O. & Apr. Inst. de oblig. ex quas. del.* Non est abstrusa valde diversitatis ratio. *Variè Dd. Myns. Schneid. Ves. Hotom. Bacchov. d. pr. Inst. Donel. 15. com. 28. in fin. Conf. I. indag. 24. Heig. part. 2. quast. 26. Vaud. 1. quast. 10. Giph. 4. disput. 35. n. 30.*

X V I I

Anthiam piscem habebam, quo duce & illice utebar ad magnas capturas: is à te exorsatus est: in æstimando damno non solum corporis peremti habenda ratio, sed & prædè interceptæ: *arg. d. l. si servum 33. d. l. 21. & seqq. D. h. t.* Nec quicquam mutat. l. *si sterilis 21. §. cum per venditorem D. de act. emt. l. si is cui 71. §. 1. D. de furt. l. ult. D. de peric. & com. rei vend. cum simil. Hotom. in epit. h. tit. n. 12.*

X V I I I

Si messem meam in herba succideris, aut immisso pecore depastus fueris, haut dubiè Aquilia, vel de pastu pecoris teneris l. *si servus 27. §. si olivam D. h. tit. l. ult. C. eod. l. qui servandorum 14. §. ult. D. de præscr. verb. Paul. 1. sent. 15.* Sed utrum herbescens seges æstimanda, an matura? Cynus Castr. Iac. Rav. Alber. eosque secuti Boer. *ad consuet. Bitur. tit. 10. §. 1. Chafs. ad cons. Burg. tit. 1. §. 6. verb. damnorum, Menoch. 2. arb. cas. 149. n. 21.* herbescentem duntaxat æstimandam censuerunt. *arg. d. l. 27. §. tertio D. d. l. ult. C. ad leg. Aquil. l. 2. §. quæsitum est D. de priv. del.* Contra sine cerebro esse, qui talem estimationem inire volunt, scripsit Argentr. *ad cons. Britan. art. 386. glos. un. secutus Speculatorem lib. 4. tit. de injur. & dam. dat. §. 2. n. 21.* & in simili quæstione, Molin. *ad cons. Paris. §. 1. glos. 8. n. 32.* Nobis vero prioris sententiæ auctores tam accr-



acerbam censuram nequaquam méruisse videntur.

X I X.

Si familia alicujus damnum injuria dederit, utrum pro numero servorum sæpius æstimatio præstanda, an sufficit tantum præstitisse, quantum unius nomine si damnum dedisset, præstraretur? Posterius verissimum esse, patet ex *l. illud quaesitum 32. D. h. tit. junct. l. 1. §. si plures D. si famil. furt. fecis. dic.* Nec mutat *l. si familia 9. D. de. jurisd. Duar. ad l. 7. D. eod. Cuj. 8. obser. 20. Pac. 1. art. 56. Hotom. illust. quaest. 33.*

X X

Actio legis Aquiliæ in directam & utilem distinguitur. Illa competit, cum damnum corpore & in corpus datum est: hæc cum in corpus, non tamen corpore nostro. Itaque si servum alienum de ponte in flumen præcipitaveris, ilque suffocatus fuerit, directa actio competit. *§. ult. Inst. h. tit. l. 7. §. pen. l. 27. §. sed & si quis milium 19. D. eod.* Nec adversatur *d. l. 14. §. sed et si calicem D. de præser. verb. Vide Cuj. in not. ad d. §. ult. Baron. & Hotom. ad eund. §.*

X X I

Hominem vel pecus alienum ita inclusisti, ut fame necaretur; utilem actionem adversus te concedit Imperator *in d. §. ult.* At Diocletianus actionem legis Aquiliæ in duplum *l. 5. C. h. tit.* Iureconfulti vero actionem in factum *l. item si obstetrix 9. §. si quis hominem l. quemadmodum 29. §. magistratus D. h. tit.* Nec hæc sunt contraria. *Vide Cujac. d. loc. post glos. in d. l. 9. & Gracos in d. l. 5. Baron. Hotom. Schneid. & alios in d. §. ult.*

X X I I

Statuto cautum est, ut damnum æstimet is qui passus est: Valet hæc dubie statutum, sed quoniam singulare est, & strictè interpretandum. *Hart. Pistor. lib. 1. quaest. 16. n. 22. quaesitum est, an sit intelligendum, etiam de rebus furto ablatiis? Et satis probabiliter de his quoq; intelligere poterimus Mascard. vol. 1. de probat. concl. 472. n. 16.* Valet etiam conventio hujusmodi, ut damnum passus id æstimet: Sed si iniquo æstimet actor, non obstante statutè vel pacto iudex corrigere iniquitatem poterit. *Everb. consil. 103. n. 7. Mascard. d. loc. n. 34. & seqq.*